



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

16. Quid de illorum, qui in simili casu baptizant saliuæ conspersione?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

Dices secundò: Quid si post ministratum baptismum exoriatur dubium?

a Sotus in 4. dist. 3. q. vni. art. 4. §. Veruntamen. R. Fiet (a) rebaptizatio sub conditione, si dubium fuerit probabile.

QVÆSTIO XVI.

Quid de illorum, qui in simili casu baptizant saluæ conspersione.

Questionis explicatio.

Certum est, materiam baptismi esse aquam naturalem, qua communiter utimur, qualiscunque illa sit: Nam hæc est, quæ proprie & simpliciter aqua vocatur; dubitant vero quidam an saliuæ, quæ fere semper in promptu est, sit huiusmodi: Cuius occasione quæritur, an modus baptizandi in illa aliquo modo probari possit?

Responsio.

Reprobandus omnino est & reiiciendus: Quia satis certum est, saliuam non esse aquam naturalem, sed potius humorem aliquem ex corpore humano vi caloris naturalis expressum. Confirmat hæc assertio disertis verbis Innocentii IV, quibus Morosieni (b) Episcopo respondens: *Postulasti (inquit) vtrum paruuli sint pro Christianis*

b Refertur

De bapti. c.

Postulasti (inquit) vtrum paruuli sint pro Christianis

stianis habendi, quos in articulo mortis constitutos ^{eius effectus}
 propter aquae penuriam & absentiam sacerdotis, ^{c. non ut ap-}
 aliquorum simplicitas in caput ac pectus, ac inter ^{poneres.}

scapulas pro baptismo salivæ conspersione liniuit?

Respondemus, quod cum in baptismo duo semper
 videlicet verbum & elementum necessario requi-

rantur, iuxta quod de verbo Veritas ait: Euntes ^{Matth. 28.}

in mundum vniuersum, prædicate Euan-

gelium omni creaturæ, & baptizate om-

nes gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spi-

ritus sancti. Eademq; dicit de elemento: Nisi

quis renat⁹ fuerit ex aqua & Spiritu sancto

non introibit in regnum cælorum: dubita-

re non debes illos verum non habere baptismum,

in quibus non solum vtrumque prædictorum, sed

etiam alterum est omissum.

Dices: Quid si quis baptizet quempi-
 am lachrymis?

R. Idem erit iudicium ac si salivæ ba-
 ptizet, propter eandem om-
 nino rationem.

):(

Q V Æ